



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Pauli Laymanni e Societate Iesu Jus Canonicum  
Commentario Perpetuo Explicatum**

Et Uberi Non Minus Ac Varia Qvam Clara Et Solida Doctrina Illustratum

Commentarius In Librum III. Decretalium

**Laymann, Paul**

**Dilingae, 1698**

Capitulum XXVII. Auctoritate.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62482](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62482)

præstarent, sive propria, sive Pontificis auctoritate visitaret Archiepiscopus Beneventanus secundum facultates Ecclesiarum, quæ visitabantur, si vellent à censura, in rebelles lata, absolvi.

## SUMMARIUM.

*Quando Archiepiscopo competat jus totam Provinciam visitandi.*

**N**otandum. Archiepiscopo de jure communi jus visitandi Provinciam totam competere *cap. sopita 14. h. t.* si Episcopus negligens est, ut advertit *Glossa hic v. auctoritate propria*. Aliàs se intromittere non debet, arg. *cap. cum simus 3. & cap. conquestus 8. caus. 9. q. 3.* Vide *cap. Pastoralis de offic. Ordin.*

CAPITULUM XXVI.  
Cum Canonicis.

## PARAPHRASIS.

Rector cujusdam Ecclesiæ in singulos annos certam pensionem solvebat Canonicis Cathedralis Ecclesiæ ad monetam antiquam, in qua olim pensio constituta fuit; quia tamen postea mutata moneta fuit, & major fabricata, exigebant Canonici de meliore hac, & modò currenre moneta, pensionem annuam solvi sibi: Pontifex tamen mandavit, ut contenti sint, solutione prioris monetæ, vel si illius nullus amplius usus sit, æstimatione illius. Videatur *cap. olim 20. h. t.*

CAPITULUM XXVII.  
Auctoritate.

## PARAPHRASIS.

Non vult Pontifex, ut Episcopi ratione visitationis alicujus, procuraciones exigant ab Oratorijs privatis, quæ in prædijs suis habent Religiosi, & solent nunquam in illis ex licentia legitima celebrare. Neque enim, ut bene advertit *Glossa hic, v. ratione visitationis* in talibus privatis Oratorijs sit aliqua visitatio, quamvis aliquoties Religiosi in talibus

Oratorijs celebrent, sed ad ipsam communem, & publicam Ecclesiam visitatio instituitur, à qua etiam procuratio exigenda.

## CAPITULUM I.

in Sexto,

## Romani.

## PARAPHRASIS.

In hoc bene longo Capit. in plures etiam divisio multa statuit Innocentius III. Pontifex, circa modum, quem in suis, ac inferiorum, etiam Religiosorum Ecclesijs visitandis, Archiepiscopi, Episcopi, & alij Prælati, quibus jus visitandi competit, observare debent, circa procuraciones ex jure visitationis visitantibus debitas, circa inquisitionem (generalem scilicet) correctionem, & punitionem deo faciendam. Quia tamen rarus in nostris partibus talium visitationum Archiepiscopaliū, & Episcopaliū usus est; & per sequentia duo Cap. quæ circa procuraciones accipiendas statuta sunt, suam limitationem acceperunt, prout etiam suprâ in *cap. cum Apostolus 6. h. t. Notando 2.* significatum, & hodie in omnia visitationes faciendas, & modorum instituendarum, quam circa procuraciones visitantibus debitas *Trid. Constit. constructo Sess. 24. cap. 3. de reform. servanda est; nisi antiquæ conventiones, cum Monasterijs, Religiosis, & locis ac Ecclesijs non parochialibus factæ sint, quas salvas vult Tridentinum quod ad hoc observari, ut omnia à Visitatoribus gratis fiant, ita ut nec victualia, nec pensiones nec quicquid aliud à Visitatoribus accipiatur: nulla videretur necessaria hujusmodi sequentium cap. duorum ac ultimi de explicatio. Videatur ab illis, qui visitationes has ex officio instituere debent, & observent sanctè, quæ tam in antiquis *cap. 6. 14. & 26. h. t.* quam in e.*